Universitätsbibliothek Paderborn

# Unio Divinæ Et Hvmanæ Domvs, id est, De Commodis Et Incommodis Matrimoniorum Inter Reges Et Principes Tractatus Historico-Politicus

Del Bruggen, Walther

Antverpiæ, 1688

Censvra Adm. Rev. Patris Ioannis Hetzer Germani, Societatis Iesv Theologi, & Confessarii Excellentissimi Legati Cæsarei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38241

Visual Library

# CENSVRA

## Adm. Rev. Patris Ioannis Hetzer Germani, Societatis IESV Theologi, & Confessarii Excellentissimi Legati Cæsarei.

*DOctissimum Tractatum, de Principalium matrimoniorum commodis & incommodis, à Perillustri Authore sapientissimo studio elucubratum, accuratissima ego applicatione legi relegique totum; neque aliquid in eo reperio, quod aut orthodoxæ nostræ fidei aut optimis moribus contrarietur. Quin potiùs judico, hujus elegantissimi Tractatus eruditionem verissimum esse pastum ingenii: ex quâ, propter tersissimi styli nitorem, propter materiæ novæ raritatem, famosissimis exemplis illustratam, ac summa delectabilitate variatam, laudatissimeque dispositam; oblectamenta & monita haurientur, solida & perpetua; quæ alia ex aliis nascentia & se renovantia, numquam quemcumque etiam lectorem deserent nec lassabunt. Vt proinde nobilissimo Perillustris Authoris ingenio stet sine morte decus, cujus laudatissimum nomen vel hinc etiam numquam ab ævo excidet; censeo præsentem ingeniosissimum Tractatum, non dumtaxat jure meritissimo mereri lucem publicam; verùm etiam, quidquid ex eo typis mandatum fuerit, id commendari omnium eruditorum lectioni debere. Ita sentio. Matriti. x Augusti* M. DC. LXVIII.

Ioannes Hetzer è Societate Jesu.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN